

super reformatione dicti Ordinis editorum præscriptum in Regno Siciliae introducere intendentes, recol. mem. Paulus Papa V. etiam Prædecessor noster ipsis, & aliis regularibus hujusmodi sub reformatione, & observantia prædictis vitam acturis, Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Catena nuncupatæ Panormitanæ, quæ per Beneficiatos ad nominationem Communitatis, & hominum Civitatis Panormitanæ, quolibet anno mutari solitis regi consueverat cum illius ædibus rectoralibus, ac juribus, & pertinentiis suis uniuersis ad effectum ædes prædictas ad formam domus regularis Observantium Eremitarum ejusdem Sancti Augustini reformationum nuncupandorum reducendi, accedente tamen consensu Ordinarii, & quorumcumque interesse habentium, perpetuo concessit; ipsique religiosis, ut juxta instituta regularia Ordinis hujusmodi Novitios absque licentia Ordinariorum ad habitus susceptionem, & professionem emissionem, servatis in reliquis decretis dicti Clementis Prædecessoris desuper editis, admittere, & in quibusvis Regnis, ac Provinciis Ecclesiis, & ædes quascumque eis oblatas, de licentia Ordinariorum locorum pro fabricandis novis domibus regularibus reformationum, juxta Constitutionis, & Decretorum hujusmodi formam, & non alias, non autem domos jam fundatas, seu institutas alterius Provincie, vel Congregationis, quamvis ejusdem Ordinis existerent, absque expressa Prioris generalis dicti Ordinis licentia acceptare possent, & valerent, dicta auctoritate permittit, & etiam concessit, cum declaratione tamen, quod religiosis hujusmodi sub obedientia, & correctione Prioris generalis prædicti Ordinis in perpetuo remanerent, & calcæati incederent, prout in literis Apostolicis desuper sub die vigesima tertia mensis Maii Anno Domini millesimi sexcentissimi octavi confectis plenius continetur.

§.2. Succesive cum in vim dictarum literarum Sancti Nicolai Tolentinatis, & Sancti Gregorii, ac aliquæ aliæ domus regulares Ordinis Reformationum Sancti Augustini hujusmodi in prædicto Regno erectæ fuissent, illarumque Religiosi unam Congregationem sub invocatione Sanctæ Mariæ de Succursu nuncupatæ, Regni Siciliae facientes, sub obedientia tamen ejusdem Prioris generalis Deo famulari cœpissent.

§.3. Et deinde quamplures, & fere omnes Religiosi Congregationis, & Regni Siciliae hujusmodi, ut perfectius Deo inserviant; Procuratores ad effectum præfatam eorum Congregationem dictæ Congregationis Fratrum Discalceatorum Italiae nuncupatorum, uniri petendum deputassent.

§.4. Ac Vener. Frater noster Antonius Episcopus Ostiensis Cardinalis Saulius nuncupatus, totius Ordinis Sancti Augustini Eremitarum apud Sedem Apostolicam Protector, viva vocis oraculo a prædicto Paulo Prædecessore habito, Congregationem Regni Siciliae de consensu dictorum Procura-

torum Congregationi Italiae hujusmodi univisset, & incorporavisset, Vicariumque generalem Discalceatorum Italiae hujusmodi ad prædictum effectum ad Regnum Siciliae misisset, illumque Fratres Siculi cum honore, obedientia, tamquam suum Superiorem recepissent, & quamplures eorum in Capitulis generalibus dictæ Congregationis Italiae suffragia tulissent, ac in Priores, Definitores, Visitatores generales, & alios officiales tam intra, quam extra Provinciam Siciliae electi fuissent, ac etiam habitum, professionem, Constitutiones, Cœremonias, Visitaciones, Correctiones, & omnia alia, tamquam vere incorporati, & uniri dictæ Congregationi Italiae circa octo annos recepissent, & observavissent.

§.5. Tandem nonnulli memoratæ Congregationis Siciliae Religiosi Procuratores fines eorum mandati excessisse, majoremque partem Religiosorum Congregationis Siciliae deputationi, & Constitutioni præfatorum Procuratorum non intervenisse, nonnullaque alia necessaria ad id adhibita non fuisse, prætendentes, unionemque præfatam nullam esse asserentes, sed ei opposuerunt.

§.6. Quare negotio hujusmodi ab eodem Paulo Prædecessore ad Congregationem Venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum remisso, in eaque diu matureque discussio, partibus ipsis videlicet dilectis filiis fratribus præfatarum Congregationum Italiae, & Siciliae, ac etiam dilecto filio Priore generali totius Ordinis Sancti Augustini, eorumque Procuratoribus, & Advocatis semel, & plures auditis, bonæ memoriæ Joanne tituli Sancti Clementis Presbytero Cardinale Bonifio nuncupato referente.

§.7. Eadem Sacra Congregatio Unionem Congregationis Siciliae, Congregationis Religiosorum Sancti Augustini Discalceatorum Italiae, ut præfertur, factam, validam esse censuit, eamque confirmavit, atque declaravit, prædictas literas fundationis, & erectionis Congregationis Siciliae ejusdem Pauli Prædecessoris sub eadem die vigesima tertia mensis Maii millesimi sexcentissimi octavi hujusmodi per dictam unionem expirasse, nulliusque roboris esse, & fore, & Fratres Siciliae, ac Italiae hujusmodi Congregationis Discalceatorum Sancti Augustini unam, eandemque Congregationem facere sub eadem Obedientia, Legibus, Constitutionibus, Statutis, Juribus, Privilegiis, & quibuscumque aliis sine aliqua differentia neque particularitate in perpetuum esse, & fore quibuscumque non obstantibus. Ita tamen, ut omnes, & singuli Congregationis Siciliae hujusmodi Religiosi, qui in ea ante unionem præfatam professionem emisissent, ad sex menses dumtaxat a notificatione facta, vel facienda juxta Decretum dictæ Congregationis sub ultima Novembris millesimi sexcentissimi noni, & ejus literis sub decimona Decembris mensium diebus millesimi sexcentissimi

Nonnulli tamen Fratres Siculi huic unioni sese opposuerunt.

Causa igitur acta est in Sacra Congreg. Episcoporum, & Regularium.

Que Unionem confirmavit.

Ecclesia domus in eodem Regno Congregationis Regulari.

Petitio, ut Congreg. Italiae uniretur.

Effectum est a Card. Saulio ex auctoritate Pauli PP. V.

testini vigesimi annorum ejusdem Domini, ad alias ejusdem Ordinis Congregationes sub obedientia ejusdem Prioris generalis transire, in eisque de cætero vivere, & illorum Regularia instituta observare teneantur. Illi vero hujusmodi professi ante unionem, qui talem transitum facere noluerint, & alii, qui post unionem in Congregationem Discalceatorum Italiae sub eodem Vicario generali professionem emisissent, in ea perpetuo similiter remanere debeant, ac etiam teneantur, ac superioritati, jurisdictioni, & obedientie Superiorum Congregationis Discalceatorum Sancti Augustini Italiae hujusmodi subjacere cogantur, ac aliis prout in Decreto dictæ Congregationis, cujus tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, etiam plenius continetur.

Patres petunt præd. Congr. Decretum confirmari.

Confirmat Gregorius.

§.8. Cum autem, sicut eadem petitio subijungebat, ut ea que à Nobis, & Sede præfata confirmantur, & approbantur firmiter subsistant, & ab omnibus inviolabiliter observentur, pro parte Religiosorum primo dictæ Congregationis Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus Decretum prædictum approbare, & confirmare, aliisque in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignemur.

§.9. Nos igitur, qui Christianissimum quorumlibet Altissimo præsertim sub suavi Religionis jugo famulantium vota inviolabiliter observari, ac in eis cum animi tranquillitate perseverari, sinceris desideramus affectibus; primo dictam Congregationem, ac omnes, & singulos illius Religiosos, & Professores specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, eosdemque Religiosos, & Professores, ac eorum quemlibet, necnon primo dictæ Congregationis singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, ejusdemque decreti, ac quorumcumque aliarum scripturarum desuper quomodolibet confectarum veriores, & totos tenores, ac dat. cum inde legitimis sequentibus quibuscumque, necnon litis, & causæ, ratione oppositionis unioni hujusmodi, status, & merita præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinatis, ex voto ejusdem Sacre Congregationis omnia, & quæcumque in eodem decreto contenta, & inserta, apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, omnesque, & singulos tam juris, quam facti, ac solemnitate tam de jure, usu, consuetudine, aut aliâ quomodolibet requisitarum, in præmissis forsitan omittarum defectus, si qui desuper quomodolibet intervenierint, supplemus.

Et utramque Congreg. iterum unit.

§.10. Et nihilominus ad tollendas omnes lites, dictas domos regulares S. Nicolai, & S. Gregorii Congregationi Discalceato-

rum Italiae hujusmodi, non obstantibus præsentibus, & reclamationibus Prioris Generalis totius Ordinis prædicti, auctoritate, & tenore præfatis, quatenus opus sit, de novo unimus, annectimus, & incorporamus.

§.11. Decernentes, confirmationem, approbationem, defectuum suppletionem, novam unionem, annexionem, & incorporationem hujusmodi, ac præsentem literas semper, & perpetuo validas, & efficaces existere, suorumque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab omnibus inviolabiliter observari, nec sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, limitationibus, derogationibus, Cancellaria Apostolica regulis, aut aliis contrariis dispositionibus a Nobis, vel aliis Romanis Pontificibus Successoribus nostris sub quibusvis iustissimis causis, etiam ad Prioris Generalis dicti Ordinis, aut quorumcumque aliorum instantiam, intuitum, vel contemplationem, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolica potestatis plenitudine, etiam consistorialiter, ac aliâ quomodolibet emanatis, & emanandis nullatenus comprehensa, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub posteriori data per Religiosos Congregationis Italiae hujusmodi eligenda, concessas esse, & censeri.

§.12. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & ejusdem S. R. E. Cardinales iudicari, & definiri debere, irritumque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.13. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis, & Congregationis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, præsertim felicis record. Sixti Quarti, & Julii Secundi, ac Leonis Decimi, nec non Julii Tertii Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, quorum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, eidem Ordini, ac illius Priori Generali, necnon quibusvis illius Fratribus, & Religiosis, seu aliis personis in genere, vel in specie sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in contrarium forsitan quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio

Clausula.

Derogatio contrariorum.

Contrariis derogat.



pressio habenda foret, illis aliis in suo robore permanens hac vice dumtaxat harum ferie specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Clausula potestates.

§. 14. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae absolutionis, approbationis, confirmationis, defectuum, suppletionis, unionis, annexionis, incorporationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Dat. die 12. Feb. 1622. An. I.

Dat. Romae apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo vigesimo primo, pridie Idus Februarii, Pontificatus nostri anno primo.

Litterae Pauli PP. V. Concessionis Ecclesiae B. Mariae de Catena in Civitate Panormitana existentis, Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini Discalceatorum Congregationis Siciliae.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Collapsae regularis disciplinae restitutioni pro pastoralis officii nostri debito assidue iavigilantes, omnem adhibemus operam, ut Religioni primaevis sanctitatis ordo restituatur.

Nonnulli Fratres huius Ordinis Regularis observantiam in Sicilia inducere curant.

§. 1. Cum itaque (sicut accepimus) dilectus filius Dionysius de Neapoli in sacra Theologia Magister, & nonnulli ejus socii Ordinis S. Augustini Fratrum Eremitarum expresse professi reformationem, & observantiam regularem ad praescriptum Regulae B. Augustini, & Decretorum fel. rec. Clementis Papae VIII. praedecessoris nostri super reformatione dicti Ordinis Eremitarum S. Augustini editorum, in Siciliae Regnum introducere intendant.

Paulus V. eis concedit Panormi Ecclesiam S. Mariae de Catena.

§. 2. Et nos d. Ordinis decus, integritatem, suique pristini candoris restitutionem sincero desiderantes affectu, Dionysio, & aliis Fratribus sub reformatione, & observantia praedictis vitam acturis Ecclesiam S. Mariae de Catena nuncupatam Panormitan., quae (ut accepimus) per Beneficiatos ad nominationem Communitatis, & hominum Civitatis Panormitan. quolibet anno mutari solitos, regi consuevit, cum illius aedibus Rectoralibus, ac Juribus, & pertinentiis suis universis, ad effectum aedes praedictas ad formam domus Regularis Observantium Eremitarum Ordinis S. Augustini nuncupan. reducen. accedente tamen consensu Ordinarii, & quorumcumque interesse habentium, perpetuo concedimus.

Dat. die facultatem Novitiae admittendi.

§. 3. Ac Dionysio, & Fratribus praedictis, ut juxta regularia instituta Ordinis hujusmodi, novitios absque licentia Ordinarii ad habitus susceptionem, & professionis emissionem, servatis in reliquis Decretis d. Clementis praedecessoris desuper editis, admittere.

§. 4. Etiam quibusvis Regnis, & Provin-

ciis Ecclesias, & aedes quascumque eis oblatas de licentia Ordinarii pro fabricand. novis domibus Reformatorum juxta formam similiter Constitutionis d. Clementis praedecessoris, & non aliis, non autem domos jam fundatas, seu constructas alterius Provinciae, vel Congregationis absque expressa d. Prioris generalis licentia accipere possint, & valeant, auctoritate apostolica tenore praesentium permittimus, & licentiam damus.

Novas que recipiendi domos.

§. 5. Cum declaratione tamen, quod Priori Generali praedicto subjecti remaneant, & aliquem gradum quovis nomine nuncupatum suscipere non possint, sed juxta tenorem Constitutionum Apostolicarum habeant gradus absolute ad Jus exponen. legem. interpretan., & concionan., & nomen Regentis, Respondentis, Magistri, studentium, & Lectoris solus ipse actus legem. disputan. responden., & argumentan. Fratribus tribuat, & eo in actu tantum hujusmodi nominibus frui, & gaudere possint, sed omnes communi nomine Fratrum Reformatorum nuncupentur, & si Magisterii, aut alio gradu insigniti dictam Reformationem, seu observantiam ingredi petierint, aut voluerint, nomine tantum Fratris appellentur.

Nullos tamen titulos ab eis vult usurari.

§. 6. Insuper perpetuo statuimus, & ordinamus, quod Superiores ipsorum Reformatorum, seu Observantium ab ipsismet Reformatibus, seu Observantibus tantum, servata tamen forma Constitutionum Ordinis praedicti eligantur, ac a Priore generali totius Ordinis pro tempore existent. confirmantur, quodque si numerus domorum Reformatorum, seu Observantium hujusmodi excreverit, Vicarius hujus Reformationis juxta Constitutiones praedictas eligatur, & in quibusvis Capitulis eorum. Prior prima domus, in quam primum Reformatio, seu Observantia regularis introduceretur, vel primus Definitor, & eorum quilibet pro suo biennio, quod a Priore generali confirmabitur, Praedicens existat, liberum autem sit Priori generali in certis casibus Praedidentem nominare, & mittere non solum ex praedicta Reformatione, sed quemcumque alium non tamen Regni Siciliae, cum pro quiete Fratrum Reformationis hujusmodi expedire in Domino visum fuerit.

Eorum Superiores ab ipsis Reformatis eligi statuit.

§. 7. Omnes autem calceati incedant, ac panno crasso, & vilis pretii, seu ferendina, ut vocant, etiam crassa, juxta formam Constitutionum Ordinis praedicti, non autem alio panno subtiliori utantur, & in reliquis Constitutiones Decreta, & Ordinationes a d. Clemente Praedecessore edita, praesertim quae Fratres dicti Ordinis nominatim concernant, observent.

Definitive formam habitus.

§. 8. Denique ut reformatio hujusmodi cum puritate cordis introducat, Fratres Reformati praedicti, ut ea die, qua possessionem dictae Ecclesiae accipient, sese invicem a quibusvis peccatis, erroribus, & excessibus etiam Sedi Apostolicae reservatis, non tamen haereticis, injuncta pro modo col-

Gratias spirituales nonnullas elargitur.

pa poenitentia salutari, absolvere possint, & valeant, auctoritatem, & facultatem concedimus.

§. 9. Ac tam ipsis, quam aliis utriusque sexus Christianis vere poenitentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, qui eodem die eandem Ecclesiam visitaverint, ac ibi pro Christianorum Principum concordia, haereticum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Derogat obstantibus.

§. 10. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & constitutionibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis eidem Ordini, illiusque Superioribus, & quibusvis aliis personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac etiam motu proprio, vel consistorialiter, ac aliis quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, ac individua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Petrum sub Anno Piscatoris die 23. Maii 1608. Pontificatus nostri Anno III.

Dat. die 23. Maii 1608. An. I.

Sequitur vive vocis oraculum datum Cardinali Saulo Protectori ab eodem Paulo Quinto super unione, atque incorporatione Congregationum Italiae, & Siciliae.

Antonius Cardinalis Saulius Congregationis Reformatorum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Discalceatorum Italiae nuncupatorum Protector.

Cum Reverendus Pater Fr. Joseph 2. Melana, unus ex Congregatione Discalceatorum illius Regni, qui Fratres Reformati Discalceati Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Sanctae Mariae de Succursu nuncupantur, Romam ex Panormo venerit, mandatum procurae secum afferens, ut Fratrum illorum omnium nomine unio-

nem, & incorporationem cum Reformatorem ejusdem Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Discalceatorum Italiae nuncupatorum Congregatione, ut sic uniti, ac incorporati Deo humiliter, & ferventius possent inservire, peteret, Nos nostra Protectionis munere fungentes, eorumque hujusmodi pia petitioni favere volentes, verbum hac de re cum SS. D. N. Paulo Papa V. fecimus: Sua vero Sanctitas cum annuerit, Nos auctoritate ob nostram eandem Protectionem Nobis a Sanctitate sua concessa supradictos Siciliae Fratres Reformatos Discalceatos cum Fratrum Italiae Discalceatorum Reformatorum Congregatione omnibus cum clausulis necessariis, atque opportunis unimus, atque incorporamus. Deum Optimum Maximum precantes, ut hoc fidelium bono, & sui ipsius nominis fieri cum gloria velit. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Romae in aedibus nostris die septima mensis Maii 1611.

Antonius Cardinalis Saulius Ordinis Protector.

Sequitur aliud vive vocis oraculum super dicta unione confirmatorum primi cum supplemento quorumcumque defectuum, si qui desuper intervenerint.

Antonius Cardinalis Saulius totius Ordinis S. Augustini Protector.

Novem jam prope abierunt anni, cum sic volentibus, atque poscentibus Reverendis Nobis dilectis Fratribus in Sicilia Reformati Discalceati Eremitae S. Augustini Sanctae Mariae de Succursu nuncupatis, eos Nos cum Reformatorem ejusdem Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Discalceatorum Italiae nuncupatorum Congregatione, facta hac de re verbo cum Sanctissimo Domino Nostro Paulo Quinto, qui annuit, univimus, atque incorporavimus. Nuper extitere tamen ex Siculis Fratres nonnulli, qui istam Congregationem conjunctionem dirimere, atque etiam tollere cogitarint, invalidam illam, ac nullam esse iactantes. Ajunt namque Procurationis mandatum ad ipsam hanc Congregationem unionem, atque incorporationem obtinere ex Siciliae aliarum, non rite, neque eo, quo debuit modo, hoc est, non omnibus convocatis Fratribus, neque per campanae (ut dicitur) sonum fuisse confectum; Propterea nullas etiam esse habitus susceptiones, & professiones ab incorporatis ante lapsam probationis annum emissas. Nos omnia hac SS. D. N. narravimus: Sua vero Sanctitas diffinitiones, & lites tollens omnes tam praesentes, quam futuras, & defectus (si qui fuerunt) tam juris, quam facti super praemisso Procurationis mandato, super etiam habitus susceptionibus, ac professionibus praedictis ab incorporatis emissas, aliisque omnibus Nobis satis cognitis, iustis de causis hic non expressis supplevit, ipsarumque Con-



Congregationum unionem, atque incorporationem manere voluit; Itaque Nos ex auctoritate Nobis, qui totius Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Protectoris munus gerimus, a Sanctitate sua viva vocis oraculo concessa eam confirmamus (& quatenus opus sit) denuo facimus, perpetuisque futuris temporibus in omnibus juxta voluntatem, ac jussum Sanctitatis suae observari mandamus. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.  
Roma die 5. Martii 1619.

Antonius Card. Saulius Protector.

Subsequantur Decretum, ac Litera, quibus conceditur facultas dd. Fratibus in domibus S. Nicolai, ac S. Gregorii Panormitan. ante dictam unionem professis, transire ad alias Domos Conventuales extra dictum Regnum per Priorem Generalem assignandas infra sex menses a notitia praesentium decurrendos.

Ex Audientia Sanctissimi die ultima  
Novembris 1619.

Sanctissimus Dominus noster confirmationem hujusmodi unionis ab Illustrissimo Cardinali Saulio factam probavit, ac (quatenus opus sit) denuo uniri mandavit, cum Decreto, quod Religiosi, qui in S. Nicolai de Tolentino, ac S. Gregorii Panormitan. domibus ante supradictam unionem professionem emisserunt, si Congregationem Italiae ingredi, illiusque Reformationem, ac regularia instituta accipere noluerint, ad

Finis Tomi Quinti Partis Quartae.

alias Domos Conventuales, etiam extra dictum Regnum Siciliae, eis per Priorem Generalem ejusdem Ordinis designandas, ad sex menses dumtaxat a die notificationis praesentium inchoandos, transire possint, & valeant, literasque sub Annulo Piscatoris desuper expediri mandavit.

Ex Audientia Sanctissimi die 19. Dec. 1621.

Sant' Agostino Scalzi d'Italia.

Al Generale. Napoli.

Vendo fatto supplicare alla Santità di Nostro Signore li Scalzi di cotesa Religione, che sono in Sicilia, e che si trovano professi prima, che da Noi col vivo oracolo della Santità Sua fossero uniti alla Congregazione delli Scalzi d'Italia del medesimo Ordine, di passare ad alcune di quelle Congregazioni dell'istess' Ordine, che più piacerà loro. M'ha la Santità Sua ordinato di scriverne a V. P. che a tutti quelli Scalzi sudetti, che dentro a sei mesi da cominciarli dalla notitia della presente vorranno passare a qualsivoglia delle Congregazioni di cotesa Religione, dia loro licenza di poterlo fare, con pigliare l'abito della medesima Congregazione, alla quale passeranno, e restano ferma nel resto l'unionem suddetta, conforme al Decreto della Sagra Congregazione per quelli, che non si curano di fare simile transito, e per quelli, ch' hanno professato doppo la suddetta unione, a quali resteranno anco li Conventi di Palermo. E Dio &c.

# INDEX

## NOMINUM, ET RERUM PRÆCIPUARUM

Quæ in hoc Volumine continentur.

Numerus paginam indicat, A primam columnam,  
B secundam designant.

### A

- Agriculturam exercentium privilegia. 10. a. & seqq.  
Albertus Archidux Austriae Dolensem Studiorum Universitatem promovet. 1. b.  
Alexander Card. Ludovisus Archiepiscopus Bononiensis. 312. a. In Summum Pontificem eligitur. *ibid.* Vid. Gregorius XV.  
Alexander Card. Montaltus. 118. a. Congregationem Presbyterorum secularium in Ecclesia S. Laurentii in Damaso de Urbe erigit. *ibid.* Eique nonnullos addicit redditus. 118. b. Hospitii Gregoriani pro universo Ordine Benedictinorum Romae erecti Protector. 346. a.  
Alexander Patriarcha Alexandrinus Apostolicus Nuncius apud Regem Hispaniarum. 372. b. Data ei facultas confirmandi nonnullos Judices seculares a Philippo Rege deputatos ad cognoscendam quamdam causam spectantem ad Milites Militiarum Regni ejusdem. *ibid.*  
Alopius de Wignacourt M. Magister Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani. 288. a. Erectionem Collegii S. Antonii in Conventu Melevitano Ordinis Minorum Conventualium promovet. *ibid.*  
B. Aloysius Gonzaga. 390. a. Officium, ac Missam de eo celebrari Societati Jesu indulget Gregorius XV. 390. a.  
Alphonsus Mazanedo S. Rotæ Auditor. 314. a. Processus super virtutibus, & miraculis B. Isidori Agricola auctoritate ordinari efformatos ex mandato Pauli PP. V. examinat. 314. a.  
Andreas Codebò nomine Cæsaris Estensis Ducis Mutinæ Concordiam cum Legato Bononiensi in super confinibus Castrorum Rossenii, & Montis Turturis. 121. a.  
Anglicanum Collegium in Oppido Matrili erectum. 101. a. Apost. Sedi immediate subjecitur. *ibid.*  
S. Antonii de S. Antonio Viennen. Ordo. 334. a. In eo Novitios admitti vetitum, nisi juramentum praestiterint de servanda Reformatione, quam Abbas Generalis induxerit. *ibid.*  
Antonius Card. Saulius Ord. Eremitarum Sancti Augustini Protector. 168. b. Ex mandato apostolico Congregationem Discalceatorum Siciliae unit Congregationi Italiae. 420. a. 423. a & b.  
Bull. Rom. Tom. V. Par. IV.

- Antonius Diaz Nuncius Apostolicus ad Capitulum Salisburgense. 19. a. Data ei facultas nomine Pontificis Wolfgangum Archiepiscopus detinendi, cessionemque dictae Ecclesiae admittendi. *ibid.* Conditiones in hujusmodi admissione apponenda. 20. b.  
Antonius Episcopus Vigiliensis Sedis Apostolicae Nuncius in partibus inferioris Germaniae. 89. a. Nonnulla decernit super Tonfura, & Habitu Clericorum in Dioecesi Leodiensi. 116. b. Atque etiam super Clausura Monialium. 117. a. Et super observatione Sacri Concilii Tridentini. 117. b. Facultas ei concessa visitandi Civitatem, & Dioecesim Moguntinam. 159. a. Atque etiam Civitatem, & Dioecesim Bambergensem. 248. b.  
Aquilensis Ecclesiae jus in Castris S. Danielis, & S. Viti. 179. a. 262. b.  
S. Augustini Eremitarum Ordo. 150. b. Prioris Generalis, aliorumque Officialium electio per suffragia secreta facienda. *ibid.* Assistentium electio ad quem pertineat. 166. a. & b. Quae esse debeat inter eos praecedentia. 168. b. Congregatio Siciliae. 222. b. Statuta nonnulla pro ea edita. *ibid.* Et a Paulo Quinto confirmata. 223. a.  
Aurelius Raphael Ordinis Servorum B. Mariae Procurator Generalis. 255. a.

### B

- Sancti Benedicti Ordo. 345. b. Hospitium pro eodem a Gregor. XV. Romae erectum. *ibid.* Privilegia hujusmodi Hospitio concessa. 348. a.  
Benedictus Card. Justinianus Congregationis Matris Dei Scholarum Piarum Protector. 137. a.  
S. Bernardi Congregatio Italiae Ordinis Cisterciensium. 113. b. Monachis sub inobedientiae, & excommunicationis poena vetitum, quominus favores pro obtinendis intra Congregationem gradibus exquirant. 114. a.  
Bernardus Card. de Roras Archiepiscopus Tolictanus Processum super virtutibus, & miraculis B. Isidori Agricola auctoritate apostolica efformat. 314. a.  
Bibliotheca Ambrosiana. 112. b. A Friderico Card. Borromaeo comparata. *ibid.* Doctorum Collegium in ea institutum. 113. a. Qui ecclesiastici esse debent. 113. b.  
H h h Bi-